

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3945

Auteur(s) : Simon de Cubitis, chevalier du roi [autre]

Auteur(s) : Henri Louvel, garde du baillage de Verneuil [autre]

Bénéficiaire(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1283, 22 février

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Simon de Cubitis, chevalier du roi, et Henri Louvel, garde du baillage de Verneuil, rendent compte des domaines de Châteauneuf et Senonches.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1017, p. 262-263.

Texte établi d'après a

Venerabilibus dominis suis magistris compotorum domini regis Francie, Symon de Cubitis, miles domini regis, et Henricus Louvel, custos ballivie Vernolii, seipso et quicquid possunt servicii et honoris. Noveritis nos fecisse estimari et appreciari, de mandato domini regis, quasdam res sitas apud Castrum Novum et apud Senonches, traditas in excambium domino regi ab domino Herveyo de Leonia, milite, quarum nomina et appreciationes seu estimationes in quadam littera continentur, que sic incipit : Venerabilibus dominis suis, et sic terminatur : secundo mense apritis ; item quasdam res, que in presenti littera continentur, videlicet : manerium de Senonches cum fossatis et stanno magno, sexaginta libras redditus, ita quod turris Castri Novi in hac appreciatione continetur ; item talem partem qualem habebat dominus Herveyus in hallis Castri Novi, sex libras ; item talem partem qualem habebat dictus dominus Herveyus in quadam nemore quod dicitur vulgariter nemus de Timbreys, in quo plures constumarii habent usagia sua, et talem partem qualem habent dictus Herveyus in usagiis de Senonches et de Altis rippis, viginti sex libras redditus ; item feoda omnia que habebat dictus Herveyus apud Castrum Novum et Senonches et in eorum pertinentiis, quater viginti decem libratas redditus ; summa tocius redditus : centum quater viginti libre quadraginta solidi redditus turonensium. Item noveritis quod, propter utilitatem domini regis, fecimus quasdam conventiones cum domino Ricardo de Rocha, milite, que debent firmiter observari a parte dicti militis, prout in quadam littera sigillo dicti Ricardi sigillata plenius continentur, que sic incipit : Omnibus presentes litteras inspecturis, Ricardus de Rocha ; et sic terminatur : secundo, die sabbati post Epiphaniam Domini, a parte nostra debent dicte conventiones minime observari, nisi in quantum domino regi vel ejus consilio placuerit aut videbitur expedire. Actum anno Domini M° ducentesimo octuagesimo secundo, mense februarii die lune in festo Beati Petri.